

GREGORIUS V. SAXO PONTIFEX ROMANVS.



Gregorius ille natus est in Saxonia ex illustris
fimā ducū Saxonīæ familia, pafre Ottone du-
ce Saxonū, atq; antequam Romanam sedē ascen-
deret, Bruno dicebatur. Propterea consanguinita-
tis uinculo attingebat Imperatorem Ottонem ter-
tium. Hic à parentibus bonis literis institutus, atq;
omni genere uirtutum educatus fuit. Hinc factum
ut mortuo Ioanne 16. ipse authoritate Imperatoris
in 145. pontificem Romanum sit electus, atq; Gre-
gorius quintus dictus, anno 998. Otto itaq; rebus
Germaniæ compositis Romam proficiisci statuit,
ut Imperiale coronam & benedictionem à papa
acciperet.